Fragmentarium

plasmator qui adverse
dominationis vires re
primis. qui inimi
ci rugientis sevitiam
superas. qui hosti
les nequitias potens
expugnas. te domine
trementes et suppli
ces deprecamur ac
petimus: ut hanc
creaturam salis et a
que dignanter aspi
cias. benignus illu
stres. pietatis tue
more sanctifices: ut u
bicumque fuerit as
persa per invocatio
nem sancti tui nominis
omnis infestatio im
mundi spiritus abiga
tur. terrorque vene
nosi serpentis procul
pellatur. et presentia
a sancti spiritus nobis mise
ricordiam tuam po
scentibus ubique adesse
dignetur. Per dominum
nostrum. In unitate eius
dem spiritus. A. Asperges
me domine. Ps. Miserere. Glo
ria patri. Oratio ante alta
re ante processionem.
Actiones nostras quesumus
domine et aspirando
preveni et adiuvan
do prosequere: ut cunc
ta nostra operatio et a te
semper incipiat. et per
te cepta finiatur. Per.
Ante portas ecclesie.
Domine ihesu christe
qui introitum por

License: public_domain – Columbus, OH, The Ohio State University, Fifty Original Leaves from Medieval Manuscripts (Set 2), no. 15 [RAR.MS.MR.FRAG.15], OSUv – Beauvais Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-eorl/2867/32720)